

concessis Prouinciali prædicatorum, gaudeant prouinciales aliorum mendicantium: & priuilegijs concessis prioribus prædicatorum gaudeant Priores, vel Guardiani aliorum mendicantium: vel illi qui in diuersis ordinibus respondent prioribus conuentualibus, & priuilegijs concessis fratribus prædicatorum gaudeant fratres aliorum ordinum mendicantium. Et sic videtur declarasse Iul. 2. vt patet in Cõpeditio priuilegiorum, verbo, Cõmunicatio priuilegiorum. 15. Immo amplius dico quod non statim quod scimus prouinciam conuentum vel fratrem habere priuilegium, debemus vel possumus uti illo, quia sicut cessante causa propter quam est concessum priuilegium, ipsum priuilegium cessat, vt habetur. 16. q. 1. generaliter, & glo. ibi, & ca. Abbate, de verbo, signi. Panor. 17. 18. nu. Ita non concurrente causa in hac prouincia, vel in hoc conuentu, prelati vel fratre propter quã alibi fuit concessum non possumus illo priuilegio uti, quia non concurrat hic ratio propter quam priuilegium alibi fuit concessum. Magister a Veracruce.

¶ 4. est aduertandum quod commissio quam habent prelati ordinum mendicantium tan ad

Q

4

absol